



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

20. An Pontifex possit committere facultatem simplici Sacerdoti, non solum, ut dictum est, administrandi Sacramentum Confirmationis, sed etiam consecrandi Sanctum Chrisma? Ex p. 8. tr. 1. res. 12.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

## 28 Tract. I. De Potestate Pontificis

ates. Sufficit tamen, quod ipsum vnguentum sit compositum, & mixum, quod sa-  
it ei, vt tota materia sit odorifera, quod maxi-  
mè perinet ad significationem Sacramenti; singu-  
la etiam patres olei, saltem quoad qualitates,  
maient mixta per mutuam alterationem par-  
tium; quod satis est, vt oleum non sit suffi-  
cens materia huius sacramenti sine admixtione  
balsami.

11. Ad auctoritatem verò Innocentij III. in cap.  
*Papalis*, respondeo, quod Pontifex sicut non  
potuit Confirmationem datam eo modo fuisse  
validam, & non iterandam, sed solam vincitionem  
balsami supplendam. Tum, quia ad minus propter  
re incertitudinem debet Confirmatione sub condi-  
tione iterari; & ita sane in tali casu fieri debet. Tam etiam eo tempore non exstabat sententia di-  
cens balsamum non esse de necessitate Sacramenti,  
qua potius à posterioribus Theologis inuenta est;  
sed fuit vigebat, opposita sententia veterum Theo-  
logorum: quare non est credibile, Pontificem voluisse eo modo discernere. Tum denum non appa-  
reat, qualiter deberet sola balsami vñctio suppleri;  
quia nec in Ecclesia affluunt balsamum benedictum,  
neque constat, an suppleri deberet cum pro-  
latione verborum, nequicquam amplius re-  
ferret. Sicut si aliquis baptizatus sit in sola aqua  
naturali, sine admitione olei consecrati, quod lo-  
let in fronte baptismali infundi, vtique non debe-  
ret suppleri talis defectus, quamvis supplenda-  
essent aliae cæmeriae: ita ergo si solum oleum  
benedictum valeret ad substantiam Confirmationis,  
non deberet amplius suppleri defectus balsami  
per distinctam eius vñctionem. Potius ergo,  
dum Pontifex dixit, caute supplendum, quod in-  
caute fuerat prætermisum, docere voluit, rotum  
ritum substantiale Confirmatione debuisse sup-  
pleri. Dixit autem non esse quicquam iterandum;  
quia hoc non erat iterare Sacramentum quod ab  
initio non fuerat ratum, cum non esse, validum.  
Aut voluit, non esse iterandas & repetendas alias  
solemnitates, & cæmerias consuetas.

12. His duabus opinionibus suppositis, Auctores  
primæ sententiaz ad difficultatem propositionem affir-  
matiue respondebunt; nmpē si penitus descer copia  
balsami, posse Pontificem diligere, vt sacra-  
mentum Confirmationis cum oleo tantum adminis-  
traretur; sed Auctores secundæ sententiaz hoc  
minimè admittendum esse affirmabunt, cum bal-  
samum sit de necessitate Sacramenti, & Pontifex  
non possit eius materiam mutare. Verum ego af-  
firmatiæ sententiaz adhæcerim, quia vi optime  
obseruat P. Franciscus de Lugo *opus. de Sacram.*  
*cap. i. num. 52.* tunc melius eset Sacramentum  
probabile ministrare, quam nullum. Sed penes  
me certum est posse Pontificem concedere, vt sacra-  
mentum Confirmationis conferatur cum quo-  
cumque balsamo. Et idem Henriquez *lib. 3. de Con-*  
*firm.* *cap. 2.* & Amicus *tom. 7. disp. 1. 3. fel. 3. n. 3.* Ex  
lege latam doctrinam Ref. 86. & si-  
gnatae §. vlt. fed lege eam  
principio, & alias eius  
prime not.

Sop. hoc dif-  
fic. propo-  
nt in tom. 4. tr. 8.  
8. lege latam  
doctrinam  
Ref. 86. & si-  
gnatae §. vlt.  
fed lege eam  
principio, & alias eius  
prime not.

Sop. hoc bas-  
fano in  
tom. 4. tr. 8.  
lege latam  
doctrinam  
Ref. 85.

13. Nota tamen hic obiter cum Azorio *part. 2.*  
*lib. 5. cap. 1. quaf. 8.* & Scipione de Rubens *in Alt.*  
*pb. Epis. verb. Confirmatio.* num. 9. posse Papam  
Episcopo prohibere, ne sacramentum Confirmationis  
conferat, sed nequit facere, vt non valeat, si  
infra in Ref.  
6. §. vlt. &  
vide alias  
Ref. eius  
not.

### R E S O L . XX.

*An Pontifex possit committere facultatem simplici  
Sacerdoti, non solum, ut dictum est, admini-  
strandi Sacramentum Confirmationis, sed etiam  
consecrandi sanctum Chrismam? Ex part. 8. tract. 1.  
Ref. 12.*

§. 1. D ifficilis est ista quæstio, & negatiuam sup. hoc in  
sententiam tenent communiter Doct. tom. 1. tr. 2.  
res, quia nouissime mordicus tuerit sapientissi-  
mus Pontius de sacram. Confirm. part. 2. cap. 4. per 3. & supra in  
tom. 3. & quia codex difficilime invenitur, ponam Ref. 13. à lin-  
hice eius verba, sicutaque num. 4. assertio. Constat s. & in tom.  
est & perpetua Ecclesie traditio sine limitatione, §. vlt. per  
aut explicacione villa, qua ministerium benedictio tom. 4.  
in his Chrismatis assignat Episcopum. Ergo cen-  
sendum est illum esse ministerium necessarium eius ex doctrina  
consecrationis, aut saltem sine vlo fundamento signanter in  
affirmit posse Chrismam confirmationis benedici ab fine.

altius ex commissione. Antecedens probatur indu-  
ctione. Nam in primis Pontifices, & Concilia  
Episcopo soli tribuerunt potestatem consecrandi  
Chrismam, & affirmant illi soli id licet. Sic Fabianus,  
& Innocentius in epist. iam citat. Concilium  
Romanum sub Sylvestro canone 5. vbi statuitur  
nullus Presbyterus posse confidere Chrismam.  
Carthaginens primum can. 3. & Carthaginense se-  
cundum can. 3. Carthaginense tertium can. 36. Bra-  
chariens secundum can. 37. Hispanense secundum  
can. 7. Toletanum octauum can. 7. VVormati-  
onis can. 2. vbi, cum dicatur ne Presbyteri in-  
consulto Episcopo Virgines consecrent, additur,  
Chrismam verò nunquam confidant. Concilium  
Sabinense cap. de Baptismo, vbi confectionem  
Chrismatis solis Episcopis, corumque successori-  
bus esse concessam dicit. Eandem etiam pote-  
statiem attribuunt Episcopis absolute Dionysius  
dict. cap. 4. de Ecclesiastica Hierarchia, & Cy-  
priani locis suprà citatis, & posteriores scripto-  
res de Officio Ecclesiasticis. Sed potissimum ea  
traditio probatur ex Eugenio I V. in *civato decreto*,  
vbi assignans materiam huius Sacramenti, dicit  
esse Chrismam confectionem ex oleo, & balsamo, & ab  
Episcopo benedictum. Quod testimonium perpen-  
dendum est eodem modo, quo cap. precedentem il-  
lud expendebamus pro benedictionis Chrismatis  
necessitate. Nam, si Eugenius conferat benedictionem  
Episcopi solum ordinari desiderari, & non  
absolutè, adderet eam particulam, sicut expressum  
quando loquitur est de ministro Sacramenti, & si-  
militer; sicut cum loquitur de forma sacramenti  
Matrimonij dixit, regulariter esse verba quia potest  
per epistolam vel notum celebrari; adderetur etiam in  
præfenti, regulariter, aut quid simile. Sicut ergo ex  
illis verbis absolute prolatis in aliis Sacramentis,  
colligimus necessarium ministerium, aut necessariam  
materiam esse illam, quam exprimit, & non aliam,  
idem dicendum est in nostro casu. Accedit deniq;  
quod nunquam haec tenus vñsum est. Ecclesiam dif-  
fensam in hac re, aut concessisse simplici Sacerdo-  
ti potestatere confidendi Chrismam; immo, vt dixi  
cap. precedentem, Suarez, Sylvius, Gamachæus, Ägi-  
dius, & alij referunt Gregorium XIII. dispensationem,  
vt apud Indos ob Episcoporum confirmantium pau-  
ciatem, & locorum distantiam, posset sacra-  
mentum Confirmationis ministrari à simplici Sacer-  
dote, dummodo vteretur Chrismate per Episco-  
pum benedicto. Tandem nulla est eius dispensa-  
tionis necessitas, vt cap. precedentem deducemus.  
Absque

# In ordine ad Sacraenta. Refol. XX. : 29

Ab illo ego fundamento dicitur posse Christus beneficii ab alio, quam ab Episcopo ex dispensatione, vel commissione.

2. Sed queret aliquis, quam certa sit haec communis sententia. Plerique tantum eam probabilem iudicant. Suarez dicit eam conformiorem esse decretis Pontificum, & Conciliorum. Ego quidem omnibus consideratis communem sententiam adeo certam existimo, ut oppositam, si non remeterem, ac omni probabilitate destituam. Quia, quamvis quatuor, vel quinque Doctores eam assertuerint; ac si fundamentum attendas, penes quod opinionem probabilitas considerari debet, nullum ex opposita sententia fundementum idoneum, ut ex dictis, constat. Nullusque Pontius.

3. Sed excessit vir doctis in censura contraria opinione, sicut excessit etiam Baunus tom. I. tractat. 7. quest. 9. circa finem, vocando opinionem, quam tener Pontius, falsam. Dico igitur cum sapientissimo Amico in cursu Theologum. disputat. 13. sect. 1. num. 46. utramque sententiam esse probabilem, & ut verius fatear, potest sententia affirmativa fundamento sufficienter satisficer, cui nimorum, si potius summus Pontifex administrationem huius Sacraenti simplici committe Sacerdoti, non etiam eidem possit materia consercationem committere; cum maius sit illud, quam hoc. Neque satis, dicendo, quia in illo legitimus aliquomodo dispensatum, non autem in hoc; nam hoc non probat potestatis deficitum, sed negationem dumtaxat facti, & maiorem congruentiam, cur Ecclesia in consercatione materiae nunquam dispensauerit, dispensauerit autem in ministro, propter maiorem difficultatem habendi Episcopos, qui possit tanquam ordinarius minister hoc Sacramentum administrare, quam habendi Christum ab Episcopo consercratum. Confirmatur: nam sola facti negotio antequam fuisse in ministro huius Sacraenti dispensatum, non arguit defectum potestatis in supremo Ecclesiæ capite: igitur neque sola facti negotio in dispensatione consercationis materiae arguit deficitum potestatis in eodem summo Ecclesiæ capite.

4. Secundus, efficacius demonstratur maior huius sententiae probabilis. Nam potissimum fundatum, ut opposita sententia negetur, posse consercationem Christi simplici Sacerdoti committi, est quia Concilia, & Patres affirmant, hanc esse propriam functionem Episcopi, prohibentes, illam exercendam esse à Presbyteris. Atqui non minus Patres, & Concilia affirmant, administrationem huius Sacraenti esse propriam Episcopi, prohibentes, ne illud simplex Sacerdos administret. Igitur si haec Patroni Conciliorumque autoritas non obstat, quo minus concedamus posse per dispensationem Summi Pontificis ad consercationem huius Sacraenti committi simplici Sacerdoti, interpretando Concilia, & Patres de administratione ministri dumtaxat ordinarij, non autem essentialis. Cur eadem Patrum, Conciliorumque autoritate non obstante, concedere non possumus, posse per dispensationem summi Pontificis consercationem Christi simplici Sacerdoti committi, interpretando Concilia, & Patres de ordinatio, non de essentiali consercatione? Praefectum cum nullum verbum habeamus in Partibus aut Conciliis, quo potius in uno quam in alio altero cogimus, posse per Apostolicam sedis authoritatem dispensari. Quod si pro una sententia valer factum, pro alia valebit argumentum deducendum a maiori ad minus, ex eodem facto.

Tom. II.

5. Confirmatur: nam Concilium Toletanum I. dum can. 20. prohibet, ne Presbyteri, sed solus Episcopus, Christum conficiant, aperte indicat, hanc consercationem non debere essentialiter fieri nisi ab Episcopo. Ita enim cit. Canone praescibit. Quamvis bene aliquis custodiat, ut absque Episcopo Christum nemo conficiat; tamen quia in aliquibus locis, ut Provincialis Presbyteri dicuntur Christum conficeri, placuit ex hac die nullum alium, nisi Episcopum Christum conficeri. Loquitur autem non de administratione huius Sacraenti, sed de consercatione dumtaxat materiae. In qua auctoritate primo expendo illud, quamvis pene abique custodiatur, nam hinc invenitur, aliquem fuisse locum, ubi hoc non seruatur. Secundo pondero, quod ibi Concilium contrarium non damnum vt irritum, sed solum prohibet, ne illud deinceps fiat. Autem postulat consercationem Episcopalem ad validitatem Sacraenti essentialiter requiri diligenter prouidisset, ut conformat Christum per simplicem Sacerdotem benedicto in unum confiducatur, ne perpetuo fructu huius Sacraenti fructuatur.

6. Vnde ad argumentum opposita sententia ref. Ad primum, illud tantum esse argumentum negativum, quo neutra sententia neque affirmans, neque negans positivè fundari potest, nisi aliunde conferat de dispensabilitate, vel indisponsabilitate. Cum igitur nobis constet de dispensabilitate quoad ministerum huius Sacraenti, ex eadem non improbabiliter inferatur dispensabilitas quoad consercationem materia eiusdem Sacraenti.

7. Ad secundum, constat ex dictis, cur potius dispensatam sit in ministro, quam in consercatione materiae: eo quod difficilis sit, ordinarii ministerum semper, & ubique reperi quā materia consercationem, qua facilis ex uno in alium locum transferri potest. Ad Concilium autem Florentinum dicendum est, illud tantum docuisse id quod factum est, nempe aliquando dispensatum esse in ministro, non autem in consercatione materiae; non tamen negasse, id fieri non posuisse.

8. Ad tertium resp. citatum Pontificem solum dixisse, Christum Dominum in ultima Cena Apostolorum docuisse Christum conficeri: non autem dixisse, non posse per dispensationem supremi capituli Ecclesiæ simplici Sacerdoti committi, ut Christum conficiat.

9. Ad quartum verba citatae Catechismi intelligenda esse iuxta ipsius Catechismi explicacionem. Sic enim scribit: Neque ad alium ea confectio, nisi ad Episcopum pertinere potest, qui ciuidem Sacraenti ordinarius minister. Institutus est. Ea igitur ratione Christiatus confectio non nisi ad Episcopum pertinere potest, qua ratione ad emendam spectat, esse ministerum huius Sacraenti: ad locum autem Episcopum spectat esse ordinarium, non autem essentiale ministerum huius Sacraenti: ergo eadem ratione ad solum Episcopum, tanquam ordinarium, non autem tanquam ad essentiale ministerum pertinet confectio materia huius Sacraenti.

10. Ad quinimum, ex eo quod Concilia, & Canones Chriiatis consercationem Presbyteris prohibent, non sequitur quod haec potestas non possit illis per dispensationem summi Pontificis communicari. I solum quod illis ordinatio iure non competat. Nam eadem Concilia & Canones prohibet, ne Presbyteri, Virgines, & templo consercent; & Innocentius IV. cit. Bulla, ne Christum conficiant; cum tamen per dispensationem Sun-

C 3 Pontificis

## 30 : Tract. I. De Potestate Pontificis

Pontificis possit simplices Sacerdotes templa, & Virgines consecrare, nec non Christina confidere. Ceterus autem Canon *Presbyter*, non tam indicat impossibilitatem, sed facultatem dispensandi in confessione Christinatis, quam in confessione Virginis.

10. Ad hanc ex allata ratione tantum sequitur, non esse ita facile dispensandum in confessione materia, quam in administratione huius Sacramenti: cum minor necessitas urgere possit in consecratione materia, quam in administratione Confirmationis. Et haec omnia docet Amicus, ubi supra, quae curiosis Lectoriibus grata fuisse scio, ad reciendam Pontij opinionem, & in fauorem Pontificiae auctoritatis.

11. Nota etiam præter Amicum, affirmatam sententiam docere etiam Scotum, Sotum, Caetanum, Victoriam penes Praepositum in 3. part. quæst. 72. art. 3. dub. 2. num. 320. qui magis modeste vocat Pontij sententiam probabiliorum: vindictam reprobans venit *Hurtadum de sacram. Confirmat. difficult.* 5. dum asserit, Sotum falso existimare ex confirmatione Pontificis posse simplicem Sacerdotem benedicere Christi, nam sententia Soti, Amici, & aliorum, sive non caret probabilitate, & post haec scripta inueni sententiam affirmatiuam docere etiam nouissimam ex Societate Iesu P. Escobar in *Theolog. moral. tract. 7. exam. 3. cap. 1. num. 14.*

### RESOL. XXI.

*An Pontifex potuisse præcipere confessionem si non suisset à Christo præcepta, sed tantum instituta?*  
Ex part. 8. tract. 1. Resol. 13.

Sup. doctrina huius  
Ref. legi supra §. 1. Ref.  
6. & aliam Ref. eius  
not.

¶ 1. Respondeo aliquos afferentes Ecclesiam non potuisse præcipere Confessionem annuum pura lege Ecclesiastica, nisi modicatio esset in eius lege, & statuto diuini præcepti, atque ita annuam confessionem non potuisse præcipi ab Ecclesia, nisi iam præcepta à iure diuino, tantum modicatur census illius obligationis; ita docet Sotus in 4. distinç. 18. quæst. 1. art. 4. conclus. 4. & vñica ratione, & in hoc primo conuenient cum Soto Canus in *relectione de penitentia*, part. 5. ita licet, fol. 155. & 9. In quarto casu, fol. 164. Paludan. distinç. 17. quæst. 2. art. 2. num. 9. & 10. ubi in hoc probat sententiam Durandi. Hoc probat Sotus, quia Ecclesia non habet potestatem instituendi Sacraenta, quasi inde ducat non posse Ecclesiam instituere lege sua necessarium esse confessionem, nisi tunc diuino necessaria esset. Secundo docet Sotus, quia erat præceptum diuinum vagè obligans, nec determinans tempus, potuisse Ecclesiam obligare ad confessionem non simpliciter, sed supposita obligatione legis diuinæ, determinando tempus illius, vnde præceptum hoc appellat ipse modificationem legis diuinæ. Hanc etiam sententiam tenet Coninck de *Sacrament.* disp. 5. dub. 3.

2. Sed alii existimant, quod supposita institutione huius Sacramenti à Christo facta, si supponeremus Christum non præcepisse eius receptionem, sed in libera voluntate hominum eam constituisse, adhuc Ecclesia per potestatem humanam à Deo datum, potest præcipere receptionem huius Sacramenti. Probatur, quia hoc præceptum instituere non excedit potestatem Ecclesie; ergo potest illud instituere. Probatur antecedens, & quidem in primis non excedit potestatem Ecclesie.

ratione Sacramenti considerari, ut quoddam totum est, quia Sacramentum ipsum in actibus exterioribus consistit, quia est signum sensibile sacramentum significantis nos; & licet requirat hoc sacramentum aliquem actum internum, & insensibilem contritionis, vel attritionis, tamen quia talis actus necessario requiratur ad actum sensibilem confessionis, vt illa sit humili, & deuota aequalis, & non iocosa; & quæ est pars huius Sacramenti, in quantum est sensibilis, & patet per actum exteriorem confessionis, non repugnat Ecclesiam præcipere huiusmodi actum. Præterea non excedit potestatem Ecclesie impetrare confessionem, etiam si hæc aliquando sit actum interiorum, quia Ecclesia directè non solum præcipit confessionem vocalē, seu receptionem huius Sacramenti, qui est actus externus, & circa quem habet iurisdictionem directam; circa peccata verò interna, solum indirectè versatur Ecclesia, quatenus ad veram confessionem vocalē, & integrum etiam est necessarium confiteri interna peccata. Quæ doctrina isto potest exemplo confirmari, nam Ecclesia, qua directè præcipit audire Missam, indirectè etiam præcipit attentionem, & devotionem, necessarium ad hoc, ut auditio Missæ morali, & humano modo, ac debito, congingat, & tamen afterio, & deuoto actus fuit interni animi; ergo Ecclesia rectè potest præcipere per se sola confessionem peccatorum interiorum quod quidem probabilitate defendi potest, probabilitus tamen iudico in isto casu, quo quis tantum habet conscientiam peccatorum mortaliū interiorum, præceptum Ecclesiasticum recipiendo hoc Sacramentum alio modo obligare, Ecclesia enim solum præcipitet confessionem exteriā, penitentis tamen confiteri debet interiora mortalia, & cum dolore animi, ratione præcepti diuini obligantis ad integratitudinem confessionis, & ne fiat iniuria Sacramento. Nam si Ecclesia sola præcipere confessionem, non posset ex se directè præcipere, vt quotiesquis habet peccata tantum interna, ea explicaret in confessione, quia sicut neque Ecclesia obligare homines ad actus meritis interiores, ita neque occasione accepta, tantum ab illis aliquid præcipere, sic enim directè suam iurisdictionem extenderet ad actus meritis interiores. Et haec omnia docet Ochagavia de *Sacrament.* tractat. 2. de *Confess. sacram.* quæst. 2. num. 6. Vide etiam Hurtadum de *Sacram.* disp. 7. diff. 4. Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 55. sect. 1. num. 18. Vasquez tom. 4. quæst. 90. art. 1. dub. 4. n. 71. & alios.

3. Nec obstat dicere, quod Ecclesia nequit instituere Sacramenta, ergo nequit circa ea aliiquid præcipere, quare in eo casu, quo Christus Confessionem sacramentalem minime imperasset, non valeret Ecclesia eam præcipere, ad candom enim potestatem pertinere videatur, & rem aliquam instituire, & circa eam debita præcepta imponere. Huic tamen argumento facile respondetur, Ecclesiam minime posse instituere Sacraenta, quia eorum institutio ad potestatem pertinet excellentiæ, quam non esse à Christo Ecclesia communicatam, necessario facili debemus; nihilominus tamen recte potest Ecclesia præcepta sui imponere circa Sacraenta iam instituta à Deo, hoc enim posterius facilius est, & minus illa prior, atque ita Ecclesia hanc in se recognoscens potestatem in Concilio Tridentino sessione 23. cap. 4. præcepit sacramentum Confirmationis debere plus ab illis suscipi, qui prima Tonsura volunt initiari, & alibi præcipit ceremonia Baptismi, & sacrificij Misericordie.